



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

190. An Sacerdos in Missa solemnī teneatur recitare submissa voce
Epistolam, & Euangelium? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 95. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. CLXXXVII.

An Sacerdos, qui omittit in Missa voluntariè Credo, seu Gloria, peccet mortaliter?
Et quid si omittit in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea, que interponuntur in Communicantes, aut in actione: Hanc igitur oblationem?
Ex p. 2. tr. 14. Ref. 59.

Sup. conten-
tes in hoc
Ref. in præ-
cedente Reso-
lutione.
a principio,
figmentis à
lin. 4. §. Va-
de. & in aliis
eius not. pro
his quæstio-
nibus.

§. 1. Fortè non peccare putavit Nugnus tom. 1. in 3. part. quæst. 83. art. 4. dub. 2. ad 3.
2. Sed sine vlla formidine, & absolute docet non peccare mortaliter, sed venialiter ex materia leuitate, Fillucius tom. 1. tract. 5. cap. 5. n. 155. & idem putat, vt diximus, si omittatur in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea, que interponuntur in Communicantes, aut in actione, Hanc igitur oblationem: quod vltimum est maxime notandum.

RESOL. CLXXXVIII.

An peccet Sacerdos, qui in Missa solemnè non recitat, sed tantum audit Gloria, Credo, Epistolam, Euangelium, & Prophetias, qua in Hebdomada maiori leguntur inter ipsa Missarum solemnè, dum ea ab aliis recitantur, aut canuntur?
Et an Sacerdos in Missa Mortuorum, quando dicenda est Sequentia, Dies iræ, &c. si illam voluntariè omittat, peccet mortaliter?
Et notatur, quod Rubrica Missalis non sunt præceptua, sed directiua. Ex part. 9. tractat. 6. & Misc. 1. Refol. 19.

Obi-
hanc seque-
tur, & in
Ref. post-
ea, & infra
in Ref. 191.
prope. finem
§. 2. & sup.
in Ref. 86.
prope. finem.

§. 1. Ego in part. 2. tract. 14. refol. 42. firmavi cum multis Doctoribus, Sacerdotem in Missa solemnè non legentem submisit Epistolam, & Euangelium, non peccare: vnde Moscosus in sum. tract. 5. cap. 5. num. 14. sic ait: [Es opinion comun, que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no esta obligado el Sacerdote à rezar en secreto el Euangelio, ni la Epistola; y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille. Postea Eminentiss. Dominus meus de Lugo hanc sententiam impugnauit, quam ego iterum defendi in part. 5. tr. 13. ref. 95. licet nouissimè cum Lugo, me citato, sentiat Hieron. Garcia de obligat. Sac. tract. 3. diffir. 8. dub. 6. punct. 2. num. 18. Sed supposita nostra sententia, tanquam probabili: quia Rubrica Missalis non est præceptiua, sed directiua, vt me citato, docet etiam nouissimè Pellizarius in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 9. sect. 2. n. 35. ad propositam difficultatem de Gloria, & Credo, eodem pacto ipse responderet affirmatiuè. Itaque n. 36. sic asserit: [Vtrum verò eodem modo excusari possit à peccato Sacerdos solemniter celebrans, qui secrete non recitat Gloria, aut Credo, aut Prophetias, quæ in hebdomada maiori leguntur inter ipsa Missarum solemnè, dum ea ab aliis recitantur, aut canuntur. Respondeo. posse excusari, tum ob rationes allatas §. preced. tum quia non apparet ratio, cur dicendi sunt satisfacere obligationi diuini Officij, qui recitant in Choro solum audiendo Lectiones, Capitula, Oraciones, &c. & non satisfaciat Sacerdos solemniter celebrans, solum audiendo Gloria, Credo, & Prophetias, cum videatur militare par ratio in vtroque casu: vnde sicut cap. præc. sect. 1. q. 10. §. Verum quidem est, asseruimus recitantes in Choro modo supradicto satisfacere propriæ obligationi, solum audiendo: ita & idem asserendum est in præsentì casu
Tom. 11.

de Sacerdote solemniter celebrante: cum Gloria, Credo, & Prophetia in Missa solemnè dici possint pars, non Sacerdotis celebrantis, sed chori, & aliorum Ministrorum.] Huevsque Pellizarius. Sed defendendo nostram sententiam tantum in ordine ad Epistolam, & Euangelium, dico illam tenere, præter Doctores à me alibi citatos, Quintanadueñam, Authores Instructionis ordinandorum, editæ iussu Martini Reahis, vt patet, me citato, part. 5. §. 10. n. 7. & etiam me citato, Ioan. Henriquez, in 99. pract. sect. 22. q. 10. vbi sic ait: [Mas probable es, que de ninguna manera esta obligado el Sacerdote à dezir rezado lo, que el Diacono, y Subdiacono han de cantar, si no basta oyrlo, como lo dize Diana.] Et idem sapientissimus Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 13. n. 3. docuit, Sacerdotem celebrantem cum Diacono, & Subdiacono melius facere, si dum ipsi dicunt Epistolam, & Euangelium, attente audiat, quam si secrete dicat. Vnde Moscosus in sum. tr. 5. cap. 5. n. 14. sic ait: [Es opinion comun, que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no esta obligado el Sacerdote à rezar en secreto el Euangelio, ni la Epistola; y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille, & iterum ego.

Sup. his Prop-
phetiis supr.
in Ref. 72. §.
Notandum.
in principio,
quamuis ibi
pro illarum
omissione in
Missâ priua-
ta.

2. Notandum est etiam hic obiter, Patrem Bordonum tom. 2. refol. num. docere, Sacerdotem in Missa Mortuorum, quando dicenda est Sequentia, Dies iræ, &c. si illam voluntariè omittat, non peccare mortaliter: quia non est pars substantialis Missæ, sed tantum integralis. Sed de dictis opinionibus Patrum Pellizarij, & Bordonij, tu cogita.

Sup. hac Se-
quentia Dies
iræ, sup. in fi-
ne Ref. 72.

RESOL. CLXXXIX.

An Sacerdos in Missa maiori peccet, si non legat submissa voce Epistolam, & Euangelium, postea à Subdiacono canendum? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 42.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Fernandez in exam. Theol. part. 3. c. 5. §. 13. n. 15. & Emanuel Sa ver. Missa, n. 51.
2. Sed negatiuè respondendum est cum Vega in sum. tom. 2. c. 41. cas. 7. qui citat Rodrig. Idem docuit Villalob. in sum. p. 1. tr. 8. difficult. 31 n. 4. qui malè citat Nauarrum tanquam contrarium sententiam: nam Nauarr. in orat. Miss. 78. & in Manuali c. 10. n. 44. sen 46. negatiuam sententiã docet, & multis rationibus probat, tum quia in Missali hoc non præcipitur, tum quia nullo alio Canone, seu iure in Missa solemnè imponitur recitari secrete Epistolam, & Euangelium. Et licet aliqui id faciant, multa sunt consuetudina, quæ non sunt præcepta. Malè igitur, vt dixi, à Villalobos Nauarrus pro contraria sententia citatur.

Sup. hoc in
Ref. præteri-
ta, & in aliis
eius primæ
not.

RESOL. CXC.

An Sacerdos in Missa solemnè teneatur recitare submissa voce Epistolam, & Euangelium? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 95.

§. 1. Ad hoc dubium ita respondet P. Lugo de Sacram. Euchar. disp. 20. sect. 4. n. 107. Possit fortè excusari à peccato graui Sacerdos solemniter celebrans, qui Epistolam, quam Subdiaconus cantat, non recitat, vel Euangelium, quod à Diacono cantatur, prout excusatur à Vega, & aliis, quos asserit & sequitur Diana p. 2. tr. 14. ref. 42. qui tamen falsè supponit id in Missali non præcipi: nam re vera præcipitur expressè ibi in rubricis Missæ solemnè. Ita ille.

Sup. hoc in
duabus Ref.
præteritis, &
in aliis not.
primæ Ref.
188.

2. Sed aduersus illum nominatim, nonissimè me defendit ex viro docto P. Trimarchi Francisc. de Nigro in *addit. ad Petrum Ruyz de celebrat. Missar. p. 6. animaduers.* 8. n. 2. vbi sic ait: an lectio Epistolæ, vel Evangelij celebranti solemniter præcipiatur in Rubricis Missalis Romani. Negat Diana, affirmat Lugo, dicens quod falsò supponit hoc in Missali non præcipi, siquidem re vera præcipitur expressè ibi in rubricis. Verùm P. Trimarch. tunc Siculum Dianam, dicens, quod Dianæ intentum cum asseruit quod in Missali non præcipiatur, nihil aliud fuit, nisi quod illa rubrica, seu cætemonia non est præceptiua, sed tantum directiua. Hæc Niger. Dicendum est igitur, quod licet in rubricis Missalis dicatur quod Sacerdos in Missa solemniter legit Epistolam, & Euangelium, non autem sequitur ex hoc, ibi dictam recitationem præcipi cum peccati obligatione; & hæc erat questio à me ibi agitata. Et ideo vti ego loquutus sum in dicta resolutione, ita sunt etiam loquuti ante me Doctores omnes hanc questionem pertractantes. Vnde Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 8. diff. 3. n. 4.* ita asserit. [El Sacerdote no està obligado à dezir la Epistola, y Euangelio, no obstante que lo digan los Ministros; porque no ay derecho ninguno, que obligue à esto, ni lo manda el Missa.] Ita ille & ante illum Petrus Ledesma in *sum. tom. 1. cap. 24. conclus. 5.* sic asserens. [El Sacerdote que dize Missa cum Diacono, y Subdiacono, no està obligado à dezir el pot si la Epistola, y e Euangelio, no obstante que la razon es, porque no ay derecho ninguno, que obligue al tal Sacerdote à dezir la Epistola, y el Euangelio; y el Missal de Pio V. no pone tal obligacion.] Et tandem ita etiam loquutus est Ludouicus à San Iuan in *sum. quest. 1. art. 23. de Sacram. Eucharist. difficult. 8.* Igitur ego in dicta resolutione docui iisdem verbis id, quod ante me docuerunt supradicti viri docti.

3. Et post hæc scripta inveni ea, quæ ego docui, docere etiam, me citato, Bartholomæum à Sancto Fausto de *sacram. Euchar. lib. 2. q. 278.* vbi sic asserit: An Sacerdos cantans Missam cum Diacono, & Subdiacono, teneatur secretò recitare Epistolam, & Euangelium. Affirmant aliqui; communis tamen opinio, veriorque sententia id negat, & meritò quidem, quia nullum ex hoc extat iuris decretum quod Sacerdotem ad hoc obliget, neque etiam Missale Romanum iussu Pij V. editum huius ordinationis meminit: & licet aliqui id faciant, multa sunt consuetæ, quæ non sunt præcepta; vnde satis est à Ministris Epistolam, & Euangelium audire. Hæc Faustus. Hinc satis probatum remanet contra amicissimum P. Lugo, me non falsò supponere, in Missali non præcipi Sacerdotibus Missam solemnem cantantibus recitare submissa voce Epistolam, & Euangelium, re vera enim ibi id non præcipitur, & hoc ego negaui, & iterum cum citatis Doctoribus nego. Solum igitur directiue tenentur ex rubricis Missalis Sacerdotes in Missis solemnibus Epistolam, & Euangelium submissa voce recitare, non autem præceptiue.

RESOL. CXCI.

An qui secluso scandalo, & contemptu in Missa relinqueret Epistolam, vel Euangelium, peccaret mortaliter?

Et quid dicendum de Gloria, vel Credo si omittantur in Missa?

Et notatur non esse peccatum mortale relinquere Communicantes, & Hanc igitur oblationem, que interponi solent in Festis Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes.

Et an teneatur Sacerdos illa repetere, si ex inconsideratione illa omiseret?

Et adducitur Regula generalis, quod in Missa nihil est repetendum, nisi probabiliter quis dubitet se aliquid essenziale omisisse.

Imò, nisi quando certo dubitat, eo quod non sufficiat quodcumque dubium. Ex p. 10. tract. 15. & Miss. Refol. 42.

§. 1. **V**idetur prima facie negativè respondendum, quia si quis in Missa relinqueret Credo, & Gloria, non peccaret mortaliter, vt me citato docet nouissimè Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. d. 7. q. 58.* & me citato Martinus de San Ioseph *supra*, tamen aliquando longius est Credo, & Gloria quam Epistola, & Euangelium: Ergo.

2. Sed hoc argumentum nihil officit, & opinio non affirmatiue adharendum esse puto cum Martino de San Ioseph in *monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 11. d. 7. q. 58.* & me citato de *Sacram. tom. 1. tract. 11. d. 7. q. 58.* & me citato de *Eucharist. n. 12.* Dicastillo de *Sacram. tom. 1. tract. 11. d. 7. q. 58.* & me citato de *Sacram. tom. 1. tract. 11. d. 7. q. 58.* vbi sic ait: Vnde si omittatur aliquid eiusmodi ex urgenti aliqua necessitate, quæ vix potest contingere) sine reuocentia, nullum est peccatum. Neque in hoc vim habet, vt præbetur omittit Euangelium, aut Epistolam non esse mortale peccatum; paruitas materia secundum se considerata, & quod sæpe Euangelium paruitas verba habeat, quàm Gloria, & Credo: nam paruitas, vel grauitas materia in hac re non sumitur ad eorum modum, quo secundum probabiliorum opinionem sumitur in orationibus, etiam in horis Canonice, mirum pensata quantitate verborum orationis, sed consideratur secundum quod Missa est quoddam ens artificiale morale constans certis quibusdam partibus, ex quibus certa ordinis dispositione conueniens ens illud artificiale resultat. In quodam autem composito artificiali aliquæ partes esse possunt magis principales, & necessariæ ad illius constitutionem, quàm aliæ. Videt illarum defectus, etiam si ipse in quantitate sint minores quàm aliæ, magis deformant, aut deturpant ens illud artificiale, quàm defectus aliarum partium etiam maiorum. Sicut enim in statu v. g. alicuius Sancti, etiam si ex veste ipsa deficiente, vel ex aliquo insigni, puta ex ense, quem habet in manu, quandoque maior pars abscondatur quàm sit pars visibilis, barbæ, oris, aut oculorum, non ita illarum partium defectus deturpat, atque harum. Nam deficiente ens, aut illo situ, vel parte vestis sine qua ab initio potuit esse talis imago, non tantus est defectus, quàm defectus nasi, & aliorum, etiam minorum in quantitate. Sic etiam in Missa defectus hymni Angelici, & Symboli Niceni, sine quibus ens illud artificiale, quod dicitur Missa, potest consistere, non tantum tamen censetur, etiam si maior sit illorum verborum quantitas, quàm Epistolæ, aut Evangelij: quia hæc deturpatur, & deformatur consuetum illud ens artificiale, quod est Missa; cum tamen sine Symbolo, aut Gloria sæpe consuetæ forma consistat. Facilius nihilominus posset excusari à mortali, si in Missa solemniter Sacerdos non dicat priuatim Epistolam, vel Euangelium, sed solum cantentur à ministris: atque ea ratione excusat Diana *tract. illo 4. refol. 42.* cum Vego Rodriguez, Nauarro, qui Nauarro docet in Missa non præcipi, quod forte ita erat tempore Nauarro postea verò præceptum est expressè. Itaque non Diana (quem in hoc accusat Lugo) sed Nauarro est, qui dixit non præcipi in Missali. Diana verò solum contendebat Nauarro non esse contrariæ sententiæ, sed huius; & ad id probandum prouult Nauarro doctrinam citatis duobus locis, & aliquos rationes illius. Hæc Vique Dicastillus.